cui abbas pafnucius dixit. Non propter tuam penitentiam remi
sit tibi dominus peccata tua sed quia hunc timorem semper reti
nebas in corde. in hoc ipso magna sua misericordiam indulsit
tibi deus peccata tua. et cum eam induxisset. xv. di
es tantum supervixit et pausavit in domino ihesu christo.

De arsenio

Sedente arsenio in canopo
po venit una virgo de roma dives valde
et timens deum ut videret arsenium et suscepit
eam theophilus archiepiscopus in domum suam. Illa autem
rogabat eum ut ageret cum arsenio ut videret
eum. Qui abiens rogabat eum dicens. aliqua matrona
venit de roma ut te videat. Senex non
acquievit ut veniret ad eam. Cum ergo renunciatum fu
isset hec matrone iussit sterni ~~aia~~ animalia sua dicens
Credo in deo quod videbo illum. Sunt enim in urbe nostra
multi boni homines sed et ego veni prophetam videre. Et cum
venisset ad cellam eius de senis iuxta dispositio
nem dei inventus est extra cellam et videns eum
supradicta matrona proiecit se ad pedes eius. Ille
autem levavit eam cum indignatione magna et intuens e
am dixit. Si faciem meam videre vis ecce vide. Illa autem
pre nimia verecundia non considerabat faciem eius et dixit ei senex.
Non audisti opera mea me autem videre quod necesse est.
Quomodo autem ausa es tantam perpessa navigationem venire ad me nescis quod
mulier es et non debes exire aut vadis romam et dicis ali
is mulieribus quod vidi arsenium et fiat mare via mul
ierum venientium ad me. Illa vero territa dixit. Si redie
ro domum et si deus permiserit me iterum non permitto
aliquam venire huc ad te. sed ora pro me et memor
esto mei semper. Ille autem respondit oro deum ut deleat

Non vali de [illegible] bile